

P V I S

1 6 1 8

- |   |   |
|---|---|
| <p>Conradi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Mundorpii paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pomauii Heptas simulane Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electorem Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis ratis Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Epistola Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v Alberto Voito dicitur.</p> <p>XXIX. Festschii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXX. Angeli ad Baronem de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoriae Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyffelio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renuntiaretq Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyffelii &amp;.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cr. Pr. Pr.</p> <p>XXXVII. Merzmanni in honorem Magisterii Jo. Pr. Pr. XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Pr. Pr. in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Coppenui.</p> <p>XL. Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XLI. Christiani Popleri.</p> <p>XLII. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLIII. M. Coppenui Gratiam. Pr. Pr. Pr. Pr.</p> <p>XLIV. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLVI. Apocryphorum Politicorum sigula.</p> <p>XLVII. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVIII. M. Pr. Pr.</p> <p>XLIX. M. Pr. Pr.</p> <p>L. M. Pr. Pr.</p> <p>Wolfgangi Hanen.</p> |
|---|---|

Ec. 11

LXXII.  
92  
EPITHALAMIA IN NUPTIAS

Præstantissimi & ornatissimi Viri,

**DN. PETRI ME-**

**JERI, CONSILIARII ET  
SECRETARII DESSAVIENSIS VI-**  
gilantissimi, ac fidelissimi,

secundum

**S P O N S I,**

ET

Lectissimæ ac pudicissimæ virginis,

**ANNÆ BERENTS,**

Prudentissimi & humanissimi Viri,

**DN. JOHANNIS BERENTS, To-**  
tius ditionis Anhaltinæ Quæsto-  
ris Primarii, Filix carissimæ,

**SPONSÆ,**

Honoris & gratitudinis gratiâ conscripta.

Anno 1615, 26. Junii.

**SERVESTÆ**

Typis Zachariæ Dörfferi.

LXXIII

EPITHALAMIA IN NUPTIAS

Præstantissimi & ornatissimi Viri

DN. PETRI ME-

RI, CONSILIARII ET

SECRETARII DESSAVINENSIS VI-

gilantissimi, ac nobilissimi

Secundum

S P O N S I,

ET

Legitimi ac pudicissimi virginis

ANNE BERENTIS,

Præstantissimi & humanissimi Viri,

DN. JOHANNIS BERENTIS, To-

tius domus Anhaltine Curio-

ris Primarii, filie carissimi

SPONSA,

Honoris & gratitudinis gratia

Anno 1619. Id. Julii.

SECVSTA

Typis Zachariae Döberli.





**S**t arbor Libya regno notissima famâ,  
Afris quæ Lotos nomine dicta fuit.  
Hanc perhibent fructus tantâ dulcedine ferre,  
Ut mentes hominum mirificè afficiat.  
Nam si fortè venit quis eò peregrinus & hospes,  
Ac gustat fructus, detinet hunc subito.  
Et facit, ut penitus labatur pectore toto  
Patria, natales, pignora cara, domus:  
Et quæ præterea fuerant gratissima semper,  
Obliviscatur cuncta repente facit.  
Ecquid Cöthenii similis quoq; crescit in hortis  
Arbos, vis quondam cui data tanta fuit?  
Credo equidem. Nam quicquid habet fermè Itala tellus  
Aut alia, illud amat Cötheniense solum.  
Fallor? an has tam prædulces pomaria plantas  
Johannis Berents pergenerosa ferunt?  
Certè Mejeri, multis qui notus in aula  
Dessana, exemplo creditur esse ratum.  
Nam paucos rapuit menses huic ante maritam  
Mors, inclementi quæ rapit omne manu.  
Hinc dolor, hinc lacrymæ, multus luctusq; subortus,  
Condecet insignem quod pietate virum.  
Verùm Cöthenium postquam venit, & juvat ire  
In Berents ades, & capere ore cibum.  
En tibi quàm subito, quantum mutatus ab illo est  
Petro, qui luctus antea signa dedit!  
Lætus enim Lotum comedit, gaudetq; tueri,  
Contrectatq;, novus spiritus intus agit.

Insuper hæc Loto celebrat modò festa parata;  
Ut sese gratis expleat his dapibus.  
Profit. Non equidem invideo, miror magis unde  
Arbore in hac tenera vis ea inesse queat.  
Sed benè habet: de tam culto tibi gratulor horto  
Jane Berents, fructus quòd ferat ingenuos.  
At tibi Lotiphage hoc fructu quod contigit uni  
Vesci præ reliquis, gratulor ipse tibi.  
Vive diu, fructu atq; bono per secula multa  
Tanto, tam ingenio conveniente tuo.  
Votis hisce meis aspiret gratia Jovæ,  
Ex animo populus dicat & omnis Amen.

*Paulus Frese Rector Scholæ*

*Dessanæ.*

---

**A L I U D.**

**P**restans & summis quum sis virtutibus auctus,  
Ac morum sanctâ religione gravis.  
Et cujus Dessâ Respublica crescit in urbe  
Nomine, consiliis, sedulitate, fide.  
Tu rectè atq; piè facis, inclyte Sponse, venustam  
Nuptam quod suavi jungis amore tibi;  
Rectè tu atq; piè facis, inclyta Sponsa, tibi quod  
Ardenti clarum jungis amore virum.  
Ut DEUS assiduò vos inter nectat amorem  
Blandum, illud cuncto tempore corde precor.  
Semper enim exhilarat castum lætatq; maritum,  
Et longat vitam casta marita suam.  
Munera multa dedit Dominus tibi Sponsa venusta,  
Rectaq; divina semina mentis habes.

**Es**

Es rubicunda genas, ornatas flavā conasq;  
Nil est in vultu, corpore turpe nihil.  
Ignis acer paribus constringat pectora nodis;  
Diligat ille suam, diligat illa suum.  
Ergo quid juvenes cessatis? ducite Sponsum  
Et Sponsam ad sacra splendida tecta domus.  
Res locus & tempus suadent, hi luce serenā  
Sacra sibi nectant vincula ritē duo.

*Christophorus Fewinckelius  
Dessaviensis Anhaltinus.  
Scholae Dessaviensis alumnus.*

---

A L I U D.

**E** Gregiā & clarā virtute propagine nati  
Legitimi cupiunt fœdus inire tori,  
PETRUS MEIERUS Sponsus, dilectaq; Sponsa  
ANNA BERENTS summā virgo pudicitia.  
Sponse facis recte, tædas qui iterare jugales  
Mavis, quam viduo nocte jacere toro.  
Ipse etenim sanctus summi regnator Olympi  
Instituit sanctum conjugiumq; pium.  
Et verè mihi crede sapis: nam dura laborum  
Ut melius geminā sarcina fertur ope.  
Maçte igitur PETRE: te chara cum conjuge latus  
In multos annos protegat ipse DEUS,  
Et mutui, precor, in vobis accendat amoris  
Ignem, qui firmè pectora vestra liget,  
Apta sit ut duplici mens una in corpore vobis,  
Unquam nec luctus vos quatiatve dolor.

Vt



Vt palmes foliisq; simul fatuq; gravatus,  
Atq; comis cingens undiq; tecta domus  
Exhilarat, sic te blandâ dulcedine conjux,  
Quæ Jovæ donum est, undiq; lætificet.  
Pubescunt oleæ ut pingui plantaria terrâ,  
Sic soboles mensam cingat ubiq; tibi.  
Cunctarum rerum Patrem precor omnipotentem,  
Largiri ut vobis hæc mea vota velit.

*Georgius Munckhardus, Dessavi-  
ensis Anhaltinus Scholæ  
Dessaviensis alumnus.*

---

A L I U D.

**O** Factum benè, quod casti MEIERE secunda  
Jam thalami sanctè jura marita paras.  
Haud etenim curas quid scripta velint sibi patrum  
Quorundam, multis qui minus illa probant.  
Pagina namq; docet sacra nos contraria, rectè  
Hanc sequeris, nostræ est certa lucerna viæ.  
Rectè igitur tibi legisti hanc ex omnibus unam,  
Defunctæ prorsus conjugis ecce parem:  
Corpore virgineo, pietatis imagine sancta,  
Formâ perpulchrâ, nec probitate minus.  
Hæc, te quum subeunt morbi tristisq; senectus,  
Exhilet, vitæ sit tibi subsidium;  
Hæc quoq; permultâ faciat tibi prole parentem,  
Quæ mensam felix cingat ubiq; tuam.  
Sed quia conjugium multis est casibus auctum,  
Dilectæ Sponsæ tu Petrus esto tuæ;

Et tu,

Et tu, virginici præstans exemplar honoris,  
Sponso dilecto sis quoq; Petra tuo.  
Vivite jam multos annos feliciter: unâ  
In vestro suavis pectore crescat amor,  
Atq; domum semper vestram pax incolat alma,  
Quâ veræ asseritur religionis opus.  
Deniq; vos cumulet gazis DEUS, atq; propaget  
Venturam sobolem in seculamulta, precor.

*Petrus Dresenus  
Dessanus Anbaltinus  
Schola Dessana alumnus.*

---

A L I U D.

**A** Nna tuis cæptis precor annuat ipse Jehova;  
Autor qui sacri est ordinis atq; boni.  
Atq; tuo thalamo faciat concordia paxq;  
Adsint perpetuo, sic benè cuncta cadent.

*Johannes Berents  
Frater Sponsa.*

F I N I S.



Et virginei prestant exemplar honore  
Spondo dilectis quod, per hunc  
Vinc iam multos annos seculum  
Invenio inveniunt, sic etiam  
At: domum temperant per incerta  
Qua vere aliter religionibus  
Deus: vos cum se gaxia, sine propter  
Veritatem loquens in seculum: peccet

Wittenberg  
Schola D. Martini

A L I U M

**A** N N U N T I U M  
Natus est Christus annis ipse Jehova  
Anno qui factus est ordinis ad boni  
Ad: moribus facit concordia pax  
Ad: hunc: no. hoc est cuncta cadent

Johann Beuer  
Evangel

F I N I S



*Id 4212.  
8.*


ULB Halle 3  
002 391 589




*So*

*Ne*  
*vom*







92

LIPTIAS  
...issimi Viri,  
**I ME-**  
**ARI ET**  
...IENSIS VI.  
...issimi,  
**S I,**  
...e virginis,  
**ENTS,**  
...mi Viri,  
**ENTS, To-**  
**Quæsto-**  
...ima,  
...onscripta.  
...nii,  
...fferi.

